ctoritate et deuotōe vl̄is ecl̄ia ſuſce
pit hoc cāticũ.et fac̄ ipꝫ publice cātā ī eccī
in oībꝰ feſtiuitatibꝰ ī officio canonico cuꝫ
tāta ſolēnitate et celebritate.cũ hoc canti/
cum nō ſit ꝓpbicũ ī canone vetis teſ.ſicut
cantica moyſy et yſaye et abacuch.nec ſit
euangelicuꝫ ſic̄ cāticũ ṽginis marie et za/
chāe et ſymeōis.q̄ cātāt̄ ī officio canonico
¶ Ad qd reſpōdet̄ ꝙ iſtd canticũ ē euāge
licũ duplici rōe.Primo qꝛ ābroſiꝰ et augꝰ
nō locuti ſt̄ ſpũ hũano:ſꝫ ꝓut ſpꝰ ſcīꝰ dabat
eloq̄ illis ſic̄ dic̄ daciꝰ et poſſidoniꝰ.Scdo
eſt euangelicũ.eo qꝛ oīs ũitates ꝯfeſſe et
memorate ī hoc cantico ſt̄ euangelice ⁊ ex
euangelio ſumpte vt dictũ ē.et etiāꝫ quia
oīe qd a ſpũ ſcō dictũ ē/euangeliũ et ve/
ritas euangelica ē.maxīe qño anũciat̄ de x̄
qd iāꝫ ꝯpletũ ē.Et iō dixit xͦ.dabo ub̄ os
ad loq̄ndũ ⁊c̄.nō eī vos eſtis q̄ loq̄mīi ⁊c̄.
Jtē iſtd cāticũ ē ꝓpbicũ:qꝛ ī illo bap̄ ꝑuidit
ambroꝰ q̄lis et q̄ntꝰ erit augꝰ futꝰ ī eccī/ut
inq̄ daciꝰ/⁊ q̄m debebat oīs hereſ expug
nare et ab eccl̄ia eliminare/qd in veritate

2009 Ministerio de Cultura

poſtea cōpletū ē. ꝓut īfra patebit. Et ſic pꝫ qualit̃ hoc cāticū ē ꝓphēticū ⁊ euāgelicū. Et iđo cum auctoritate recepit ipſuꝫ eccleſia. Sꝫ cā q̄re cū tāta veňatōe ⁊ freq̄ntatōe ꝑcepit ipꝫ eccīa publice cātari ī officio matutīali ⁊ et̄ ī oīb⁹ ꝑcijs agēdis fuit ⁊ ē ꝓpt̄ octo fruct⁹ ⁊ vtilitates q̄s iſtđ cāticū attl'it ⁊ affert toti eccīe et cuiqꝫ fiđli ipꝫ cuꝫ deuotōe et veňatōe recitāti ⁊ dicēti. Vnđ ſeptē fruct⁹ affert iſtđ cāticuꝫ. Naꝫ p̊ īſtruit ōs fideles. Sc̄đo iuſtificat ōs x̄anos. Tercio ꝯſtruit eccīaꝫ. Quarto deſtruit oēꝫ heticā ꝑuitateꝫ. Quīto placat dn̄m. Sexto ī petrat mīaꝫ. Septīo armt̄ ⁊ ꝓ̇bet arma cothidiana ꝯ̄ dyabolū. Octauo ⁊ vltīo. qꝛ nos ꝯciue^s ſc̄oꝝ et domſ̄ticos đi effic̄. ⁊ iſtā eccīaꝫ cū celeſti ꝯſociat. qꝛ ſil' cū āgl'is ⁊ btīs cātat. ſc̄s ſc̄s ſc̄s ⁊c̄. Et hoc patet per ſingula.

Primū ḡ pꝫ. Nā hoc cāticū docꝫ ⁊ ꝯfitet̄ ſupđc̄tas. xxiij. ūitates catholicas in q̄ꝝ ꝯfeſſiōe ꝯſiſtit tota doctina ⁊ fiđ^s x̄ani. ꝑ q̄s ūitates oīs x̄an⁹ ſuficiēt̄ īſtruit̄ infiđ. Et differt aquocūqꝫ īfiđli et nō x̄ano. Vn̄ tō fiđs x̄ani cōſiſtit ī credēdo dn̄m t̄nū ⁊ vnū c̄atorē ⁊ dn̄ꝫ et gubnatorē to⁹ vniūſi. et gl'ificatorē hoīuꝫ iuſtoꝝ ⁊ āgl'oꝝ. Et c̄đe xp̄ꝫ ēe ūbū īcarnatū ⁊ dm̄ ⁊ hoīeꝫ cōceptū de ſp̄u ſc̄o natū ex v̇gīe. mortuū ⁊ paſſuꝫ ⁊ reſrexiſſe ⁊ regna celoꝝ nob̄ apuiſſe. Et ꝑ cōſeq̄n^s ēe redēptorē gn̄is hūai. ⁊ de diabolo t̄ūphatorē. Et ſeđe adext̄s ī gl'ia đi p̄ris. tāq̄ꝫ iuđx vl'i^s. ⁊ c̄đe xp̄ꝫ ēe cap̄ ⁊ rectorē ⁊ eccīe aquo tō eccīa recip̄ oēꝫ gr̄aꝫ ⁊ v̇tuteꝫ et oīa dona ſp̄ualia. cui debet̄ cult⁹ lat̄e. Et c̄đe hoīeꝫ poſſe pc̄ta vitare. nc̄ bn̄ opari. n̄ gr̄a x̄ fuit adiut⁹. Que oīa ſufficiēt̄ docꝫ ⁊ inſtruit cāticuꝫ iſtđ. Ex qb⁹ pꝫ q̄ꝫ īſtruit ōs fideles ī oīm̄ ūitate fiđi catholice.

Secūda vtilitas ⁊ fruct⁹ h⁹ cātici ē. qꝛ cōſtruit totā eccīaꝫ. ꝑ ſupđc̄aꝫ t̄naꝫ cōfeſſiōꝫ. ſ. ꝑ cōfeſſorē fiđi ꝯfitēdo ſup̄dc̄tas xxiiij. ūitates catholicas qb⁹ tō eccīa defendit̄ ⁊ tuet̄ ab oīm̄i īcurſu īimicoꝝ. infiđliū ⁊ heticoꝝ ⁊ ꝑ ꝯfeſſiōꝫ lat̄e q̄ đo ſatiſfacit. Et ꝑ cōfeſſiōꝫ pc̄toꝝ q̄ diabolū extm̄inat. Et tō ī hc cātico cōtinent̄ oīa q̄ ꝑtinēt ad nr̄aꝫ ſalutē. Vn̄ p̊ ī eo cōtinet̄ totū ſymbolū fiđi cōfitēdo ſupđc̄ta^s xxiiij. ūitates catholicas. Sc̄đo cotinet̄ tō orō dn̄ica cū ſui^s petitōib⁹. Nā ſic̄ ibi đr p̄r nr̄ q̄ es ī cel^s ſc̄t̄ificet̄ nom̄ tuū. ita hic đr ſc̄s c̄. Et ꝑ ſingl'os dies lauda⁹ nom̄ tuū ī ſcl'ꝫ c̄. Iteꝫ ſic̄ ibi đr Adueniat regnū tuū. ita hic đr et̄na fac cuꝫ ſc̄tis ī gl'a numr̄ā. Itē ſic̄ ibi đr dimitte nb̄ debita nr̄a et nos c̄. ita hic đr dignare dn̄e die iſto ⁊c̄. miſere nr̄i ⁊c̄. Et ſic pꝫ q̄lit̄ iſtđ cāticū cōtiet totū ſimbolū eccīe ⁊ orō dn̄ica et vl' ī v̇tute. ⁊ īplicite cōtinet totā ſacraꝫ ſcript̄aꝫ vt̄. teſ. Et ꝑ ꝯn̄s ē dicēdū q̄ ſufficienter ꝯſtruit totā eccīaꝫ ⁊ turriꝫ fortitudīs ei⁹. q̄ q̄dē turris t̄plici muro circūdat̄ et ſepit̄. Nā p̄m⁹ et ext̄ior mur⁹ ei⁹ ē ꝯfeſſio fidei ſupđictaꝝ xxiiij. ūitatū. q̊ muro ſe tuet̄ eccl'a ab īcurſu oīuꝫ īfiđliū heticoꝝ. Sc̄đ⁹ mur⁹ ⁊ ītioꝛ ē ꝯfeſſio pn̄ial' et gr̄a ſacr̄oꝝ q̊ ſe tuet̄ eccīa ab ōi īcurſu demonū. Terci⁹ mur⁹ et ītim⁹ ē ꝯfeſſio ūe lat̄e. et iſte ē ita alt⁹ q̄ꝫ atigit uſꝫ ad celū. Et iſto t̄plici mūo iſtđ cāticū ꝯſtruit ⁊ circūdat ⁊ roborat dei eccl'aꝫ. Et tō ſic̄ hoc cāticū ꝯfitet̄ oēꝫ ūitatē catholicā. ita petit oīa q̄ ꝑtinēt ad nr̄aꝫ ſalutē. agit gr̄as ꝓ bn̄eficijs receptis. Et ſic inſtruit et ꝯſtruit et iuſtificat̄. q̄ ſꝫ tres mirabl'es et vtiles et ſalubres fruct⁹ h⁹ cātici.

Tercia vtilitas et fruct⁹ h⁹ cātici ē. qꝛ ſic̄ ſufficient̄ ꝯſtruit eccīaꝫ ꝑ ſupdictaꝫ trinā cōfeſſiōeꝫ. ita ſufficiēt̄ deſtruit oēs errores īfiđliū ⁊ heticoꝝ. vn̄ iſtđ cāticū ī p̊n̄ ſui deſtruit errorē gētiliū q̄ colebāt pl'res đos ⁊ dicebāt mūđū ēe et̄nū. ⁊ ponebāt felicitatē ſuā ī hac vita. ⁊ ī ij pte ī q̄ đr te ꝑ orbē t̄raꝝ ⁊c̄. deſtruit ſil' obſtiatōnem iuđoꝝ q̄ negāt miſt̄iū t̄nitatis. et ꝑfidiā arrianoꝝ q̄ ſepabāt ī ꝑſoīs ſ̄baꝫ. ꝑ hoc aīt qđ ait. tu rex gl'e xp̄e. deſtruit falſaꝫ doctinā manicheorū q̄ negabāt xp̄m ēe hoīeꝫ verū et mortuū et paſſū. ꝑ illđ aīt qđ đr digr̄e dn̄e die iſto. deſtruit hetica dogm̄ta pellagiāorū q̄ dicebāt vnūq̄ꝫqꝫ ex ꝓprij^s virib⁹ abſqꝫ đo auxilio poſſe p̄cepta dei adīplere. et ꝑ ꝯn̄s

2009 Ministerio de Cultura

oīa pcc̄a vitare et oīa opa caritat̄ ad ip̄lere.
Et ꝑ ꝯñs dicebāt ſup̲ fluū ē̄e dñi orare.pꝰ/
ꝗ vnꝰ q̄ſʒ oīa ſupdc̄a bōa libtate libi arbi
trij pſe poťat face.Et ſic pʒ q̄lr iſtō cāticuʒ
deſtruit ōs errores ī fidliū ⁊ hereticoꝝ.
Sed ē aduītendū ꝑ poſſidoniū.ꝙ vnita
tem fidi quaʒ augꝰ ꝯfitetur in hoc
cātico ī ſuo bap̊.pꝰea defēdit publice ī ſuis
ſc̄ptis ⁊ p̊dicatōibꝰ ad deſtructōʒ hereticoꝝ.
Vnd̄ ābroꝰ nō ſolū ī cepit.te dñi laudāꝰ.eo
ꝙ deduxerat auguſtiʒ ad bap̄ʒ.ſʒ qr p̊uidit
in ſpū q̄lis ⁊ q̄ntꝰ erīt futꝰ augꝰ ī eccīa.ut ī
ꝙ dacīꝰ.Et qr p̊uidit q̄lr ōs errores hetico
ruʒ debebat ab eccīa eliminare. ut idꝙ poſſi
donīꝰ.put pꝰea fc̄ʒ ē. ¶ ad c̄ꝰ euidētiā eſt
nōnd̄.ꝙ int̄ cetas q̄tuor heſeˢ affligebāt ec
cleſiaʒ tp̄re auguſti.Quaꝝ p̄ fuit ſupſticio
gētiliū.Nā lʒ mlťi reges ⁊ p̄pli gētiliū fuiſ/
ſēt ad fidē ꝯūſi pꝰ ꝯūſiōʒ magni ꝯſtātini ⁊
maxīe tp̄re theodoſij.tn̄ q̄ño alaricꝰ rex go
thoꝝ cū ſuis gētibꝰ in greſſꝰ ē ytaliā. Et ex
magn̄ clpa ⁊ occaſiōe romanoꝝ ī cēdiſſʒ ⁊
deſtruxiſſʒ Romā cū tota ytalia. Tūc rom̄
ni tepidi in fide hoc ī putabāt ẍ dicētes.ꝙ
dum Roma colebat plres dos ſp̲ fuit ꝓſpa
et dña mūdi.Sʒ pꝰꝙ fuāt ſb fide ẋ.ſp̲ fuāt
diminuta ⁊ ꝯtēpta.⁊ tādeʒ ꝑ illū babaꝝ re
geʒ gothoꝝ deſtructa. Et ſic blaſfemabāt
Romā ⁊ ceťi ytalici ꝯ̄ xp̄ʒ ⁊ legē euāglīcaʒ
deſcn̄ētesˢ repeťe ydolaťaʒ. Tūc aū Marceli
nꝰ ſc̄pſit ad auguſtiʒ dicēs.ut excitāet g̃raʒ
adō ē collatā. Et ſcberet ꝯ̄ iſtos blaſfemos
nōis ẋ.qr Rom̄ cū tota ytalia erīt ī magno
p̄iclo apoſtatādi afide ẋ. ⁊ repetēdi ātiquā
ſupſtitōʒ ydolaticā.n̄ ip̄e apponet remediū
Tūc aūt augꝰ v̊tute et luīe ſp̄s ſcī armatꝰ
et illuſtratꝰ ſc̄pſit.xxij.libros ꝓ defenſiōe ci
uitatis dī ⁊ ẋane religiōis.in q̄bꝰ n̄ ſolū de
fēdit eccīaʒ ⁊ totā ſacraʒ ſc̄pťaʒ v̊tuſʒ te.Sʒ
etiā deſtruit totā ydolaticā ſupſtitōʒ.Nā in
p̄mis decē libris deſtruit ōs deteſtabiles et
fedos ritꝰ illīꝰ ſupſtitōis detegēdo falſuʒ cl̄
tum falſoꝝ doꝝ. Et detegendo ⁊ ꝯfutādo
falſaʒ doctīnaʒ ⁊ deceptōʒ eoꝝ. Ab xi.aūt li
bro uſʒ ad.xviij.in cluſiue memorat diuſoˢ
fines v̊tuſʒ ciuitat̄.ſ. dānatōʒ ꝑpetuā ī p̄lo
ruʒ et glīaʒ fidliū et iuſtoꝝ.Inq̄bꝰ.xxij.li/
bris oñdit vnū dñi trīnuʒ ⁊ vnū eſſe creato/
reʒ ⁊ gn̄torem vniůſi ⁊ redēptorē ⁊ glīfica
torē oīuʒ iuſtoꝝ. ſic cōfeſſꝰ fuāt ī p̊ma pte
hꝰ cātici.Et ſic marcelinꝰ publicauit illū li/
brū rome et ꝑ totā ytaliā.q̊ libro viſo tota
ytalia ceſſauit ablaſfemia ⁊ apoſtaſia ⁊ ma
lo ꝑpoſito repetēdi ydolaticā ſupſtitōʒ. Et
ſic q̄etauit totā eccīaʒ augꝰ ꝑ illos libros d̄
ciuitate dei.et deſtruxit errorem gentiliuʒ.
Iteʒ eod̄ tp̄re ſurrexit q̄dā vocatꝰ ma/
ximinꝰ ep̄ꝰ arrianoꝝ.q̄ vehemēter
in cepit reſſuſcitare ⁊ roborare illā ſectā.et
in vehere ꝯ̄fidē trinitat̄ pſonaꝝ diaꝝ. ī vna
et ead̄ ſb̄a quā cōfitet̄ eccīa. Tūc augꝰ ſc̄p
ſit librū ꝯ̄ illū maximinū.inq̊ deſtruit ⁊ cōfu
tat ſua argumēta.Et roborat fidē eccīe fū
damētis ⁊ autoritatibꝰ ſacre ſc̄pťe.Et pꝰea
ſc̄pſit.xv.libros de trinitate.vbi lucidīꝰ ⁊ di/
fuſīꝰ ꝓbat ⁊ declarat ꝑpoituʒ ſupdc̄ʒ. Hoc
idē fecit auguſtīꝰ ī mlťis alijs libris ⁊ trac
tabꝰ.deſtruēdo ꝑfidiā arrianoꝝ ⁊ alioꝝ in
fidliū circa miſtīuʒ trinitat̄. ¶ Ji eod̄ tp̄re ſ
rexerūt mlťi magni viri fedo et deteſtabili
docmate.maicheoꝝ maclati q̄ illā ſectam
vehemēt̄ ī cep̲ūt reſſuſcitare ⁊ q̄ndi cōntu
reſtaurare.ꝯ̄ quos augꝰ ſc̄pſit eoꝝ dicta et
ſc̄pta cōfutādo ⁊ repllēdo. Et p̊ cōtr̄ fauſtū
maicheū ꝑ xl reſpōſiōis.Scd̄o ꝯ̄ fortuītū
Tercio ꝯ̄ ēſcomiū et ꝯ̄ felicianū. et ꝯ̄ ep̄laʒ
fūdamēti.⁊ ꝯ̄ aduſariū legis ⁊ ꝑphaꝝ ⁊ ꝯ̄
mlťos alios eiꝰdē ſecte. q̄ int̄ ceťa negabāt
xp̄ʒ ē̄e hoīeʒ veꝝ ⁊ ꝑ ꝯñs ē̄e paſſū.Et ſic d̄
ſtruebāt totū miſtīuʒ nr̄e redēptōis et v̊tu
teʒ ſac̄mētoꝝ eccīe apaſſione ẋ ꝓ nr̄a ſalute
et iuſtificatōe manātē.q̊s ōs augꝰ ſc̄ptis ⁊
publīcis diſputatōibꝰ ⁊ p̊dicatōibꝰ ſupauit
et ab eccīa eliauit ⁊ fugauit.put ꝯfeſſꝰ fū/
at ī hoc cātico.q̄n dixit.tu ad libanū ſuſcep
turꝰ hoīeʒ n̄ orruiſti v̊gis vteꝝ ⁊c̄. ¶ Itē
eodeʒ tp̄re fuit orta et ꝑ totū orbē ſbito diſ
fuſa temraria ſecta et doctīna falſa pellagia
noꝝ. q̄ negabant pc̄ʒ primoꝝ parentum
cum ſuis penalitatibꝰ tranſiſſe ad poſtos.

2009 Ministerio de Cultura

et p pñs negabāt pcīz originale ī puulis ⁊
bapm ad mūdatōnē3 pcīi eis pceſſe. Et ſic
atribuebāt tātā3 libtatē hūane volūtati ad
opādū eē p⁹ lapſū pmoꝝ pētū. q̄ vnuſqſq3
ex ꝓprijs virib⁹ nlib⁹ cū ſola poteſtate libē
arbitrij abſq3 q̄uis auxilio et grā dī poterat
oīa pcepta adimplere. et p pñs oīa pcta
vitare. et oīa bōa opa face. Et ſic dicebant
q̄ ſupfluū erat p defūctis exorare. et fuſ3
auxiliū petē poſtq̄ vn⁹ qſ3 ex ꝓprijs virib⁹
poſſat bñe opā et ſaluā. qd ſentiēs bī aug⁹
yponēſis epūs illico ꝯgregauit ad ſe epos
puīncie numidie. Et pbato gndi examina
tione hāc doctrinā eē hereticā. Tūc aug⁹ de cō
ſenſu omniū illoꝝ epoꝝ ſcripſit eplam ad
innocētiū papā tūc ecclīe romane pſidētē3
ut vigilaret ſup gregē ſuū. q2 iſta falſa ⁊ pe
ſtifera doctrīa deſtruebat ecclām et fūdamē
tū toti⁹ ſacre ſcripture. et nře redeptōnis et
ſalutis. et adnichilabat oēs petitōes ⁊ oīa
ſuffragia eccle tā3 viuoꝝ q̄ defūctoꝝ. qa
fruſtra ī orōne dñica petem⁹ ⁊ dicem⁹. di
mitte nb debita: et et ne nos īducas ī tēta
tionē3. Et ſic de ceteris orōnib⁹: qs ptinue fa
cit eccla. Tūc aūt īnocēti⁹ papa ꝯgregauit
Rome ꝯciliū epoꝝ ī q̄ dānauit pellagiū et
celeſtiū hereticos cū ſecta eoꝝ. Et dedit auc
toritatē pmati carthaginenſi: vt ſil cū aug⁹
ꝯggāet ꝯciliū oīū epoꝝ africe ꝯ illā ſectā
in quo ꝯcilio interfuit aug⁹ q̄ fuit ſcptor ſym
boli et decreti illi⁹ ꝯcilij africani. ī q̄ p ſin/
gula fuit ꝯdemnata illa peſtifera ſecta cu3
ſuo auctore et ſeqcib⁹ ſuis. vt p3 de ꝯſe. dī.
.4. cap. placuit. et p mlta ſeqntia capitula
Et put pſper nrrat ī croīca ſua ī q̄ tpr aug⁹
ſcripſit librū yponoſticō. et de pfectōe iuſti
cie hoīs. et de natura et grā et de ſpū et litra
et de bap puuloꝝ et de nuptijs et ꝯcupīa.
et ꝯ julianū ⁊ alios eiuſdē ſecte. in tantum
q̄ oēs illos hereticos expulſit ab africa in
aſyā. Sz cū bīs hyeronim⁹ q̄ tūc ī bethle3
tā3 ſenio laborabat ſenſiſſ3 illā deteſtablem
et peſtiferā doctrīā. īcep p modū dyalogi
ſcribe ꝯ eā. ſ3 cū pueniſſet ad eū libr aug⁹
de bap pruloꝝ qs ꝯ illā heſi3 ꝯfecat. tunc
ceſſauit a ſcriptura ſui libri. vñ ait ī fine illi⁹
libri. Peruenerūt ad man⁹ mās libri de bap
paruuloꝝ qs ſcripſit aug⁹ ꝯ heſim ⁊ ſectā
vrā3. qb⁹ viſis. huic opi finē īponēdum de
creui. ne m dicat illd orācij ī ſiluā ae ligna
feras. Et ſic p3 qlr aug⁹ deſtruxit illā heſi3
pellagianoꝝ: put ꝯfeſſ⁹ fuāt orādo in fine
iſti⁹ cātici. cū dīc: Dignare dñe die iſto ſine
pctō ⁊c. Et ſic p3 eē p ſupdicta qlr deſtruxit
oēs alias heſes. put ꝯfeſſ⁹ fuāt ī hoc cātico

Quarta vtilitas et fruct⁹ h⁹ cātici ē
q2 ſufficiēter iuſtificat oēs fideles
p tplcē ꝯfeſſiōē3. Ad cui⁹ ītellecū ē nōndū
q̄ tō iuſticia xā ꝯſiſtit ī tplici ꝯfeſſiōe. ſ. in
ꝯfeſſiōe de fidi. ue late. et pñalit: ſiue ī ꝯfe
ſſiōe pctoꝝ. Vñ ꝯfeſſio ꝯſiſtit ī corde et ore
publice ꝯfitēdo. afendo. ⁊ pdicādo oēs ſup
dctas. xxiiij. uitates q̄ ꝯtinet ſb articlis fidei
Cōfeſſio aūt late ꝯſiſtit ī trib⁹. ſ. ī laudādo
deū et oēs pfectōes ei⁹. bñficia ei⁹ memo
rādo. et p eis grās agēdo. Scdo ī adoratōe
Tercio ī oblatōe ⁊ ſacrificio. Cōfeſſio aūt
pctoꝝ ꝯſiſtit ī ꝯfitēdo nos eē fragiles et
miſos et pctores et ī adā obligatos et cor
ruptos. talit q̄ ſiñ auxilio grē ñc poſſum⁹
pctā vitare: nec pcepta dī adīplere nec ad
boni age: ñc a pctis ī qb⁹ ſum⁹ liberari. In
hac g̃ triplici ꝯfeſſiōe ꝯſiſtit tō iuſtiā hoīs
et fides et ſpes et caritas ei⁹. Sz tō triplex
iſta ꝯfeſſio ꝯtinet ī hoc cātico. Nam tō iſta
pma pars a pncipio uſq3 ad illū locū. Te g̃
qs. nil alid ē ñ ꝯfeſſio fidei ſiml cū grāꝝ ac
tōe et laude. Et exide uſq3 ad illū locū. ſ. di
gnare dñe: nil alid ē ñ orō q̄ ptinet ad cul/
tum late. et in illa parte qño dicit dignare
dñe die iſto: nil alid ē: ñ ꝯfeſſio pctoꝝ. Et
ſic p3 qlr iſtd canticum ſufficient iuſtificat
hominem per triplicem confeſſionem.

Quinta vtilitas hui⁹ cātici ē. ingntū3
placat dm̄ et delectat et debitū p la
triā ſoluit. ⁊ reddit ip3 benignū p cultum
late. eo q2 magnific⁹ et magnanim⁹ delec/
tat. cū ē memorāt bñficia q̄ ipe fec maxime
cū grāꝝ actōe. ut p3. 4. ethcoꝝ. Et iō iſtd
cāticū p latrā3 ē ſatiſfatoriū ⁊ dō ſolutoriū.

2009 Ministerio de Cultura

.Canticum.

Quia ꝺo n̄ poſſum⁹ ſatiſfacē niſi ꝑ uē latē ſuitutē ⁊ cultū. qꝺ maxīe ꝯtinet ī hoc cantico. ꝓut dictū ē. et ad quā latā maxīe nos exortat̄ et īcitat iſtꝺ canticū. Et hec ē q̄nt⁹ fruct⁹ ⁊ vtilitas ei⁹. ymo ex hoc cātico ſūit eccelſia modū reddēdi latā dicēdo ſcīs c̄.

Ex iſta aūt q̄nta ſeq̄t̄ ſexta vtilitas et fruct⁹ h⁹ cātici. q꞉ ē grē et miſi- cordie et poſtulatoꝝ īpetratiuū. q꞉ ſic deū placat et delectat comemorādo ei⁹ ꝑfectōs et beneficia cū grāꝝ actōe et latē exibitōe Ita inclinat ipꝫ ad m̄ioꝛa bn̄eficia ꝯferēda .ſ. miſicoꝛdiā ⁊ grāz ī pn̄ti ⁊ glāz ī futo ꝓ ut petit ī hoc cātico. vn̄ maxīe nos ꝺo hūiliam⁹. Nā ſic ꝯfitemur deū eē oīpotentem creatoꝛē. ſcꝫ. iuſtū. miſicoꝛdē ⁊ redēptoꝛē Ita ꝯfiteū꞉ nos eē frgil̄s. pc̄toꝛes ⁊ miſos nō ſufficiētes ex nob̄ ad boni agē. n̄c poſſe pc̄ta vitare niſi fuerim⁹ adiuti grā x̄ ⁊ ei⁹ miā ſubleuati. Et iꝺo dicim⁹. dignare dn̄e die iſto c̄. Et iō hoc cāticū ē ꝺi ad miāz in clinatiuū et ē miſicoꝛdie īpetratiuū. quia ꝺs ſupbis reſiſtit hūilib⁹ dat grāz et veiāz

Septima autem vtilitas et fructus huius cantici ē. q꞉ ꝓbuit ⁊ ꝓbet nb̄ arma cotidiā ꝯ̄ diabolū ⁊ mūdū ⁊ carnē: n̄ ſolū deffenſiua: ſꝫ et offenſiua et fugatiua cū dic̄ dignare dn̄e die iſto ⁊c̄. ¶ Ad cui⁹ intellectuꝫ ē nōndū ſcꝺꝫ ꝓſperū deffēſoꝛeꝫ doctne auguſt̄ ꝯ̄ pellagianos. ꝙ q̄n fuit oꝛ ta peſtiffeꝛa ⁊ veñnoſa doctna pellagiaōꝝ in britania ſiml̄ cū ea fuit exoꝛta medela et anthidotū ꝯ̄ illꝺ venenū ī ytalia ꝑ ꝯūſiōeꝫ auguſtini. Nā q̄n pellagi⁹ monach⁹ īcipie bat ſeminare ſuū venenū ī britania. Tunc aug⁹ extirpatoꝛ illi⁹ veneni baptiꝫabat̄ m̄ mediolani. ⁊ ſp̄ualit̄ naſcebat̄ tāq̄ tyriaca et anthidotū ad reſiſtēdū et extinguēdum venenum ⁊ moꝛbū peſtiffeꝝ pellagianum Qꝺ q̄dē venenū ita ſubito et ī breui tp̄oꝛe infecit totā eccl̄āꝫ. taꝫ ī africa ⁊ ī aſya q̄ in ytalia ꝙ fuit miꝛabl̄e dictu. Cui⁹ cā fuit tri plex. Primo q꞉ ſeminatoꝛes hu⁹ veneni. ſ. pellagi⁹ et celeſti⁹ et julian⁹ oñdebāt ſe eē catholicos ī fide articl̄i tnitatis ꝯ̄ arrianos et ī articulo īcarnatōis ꝯ̄ manicheos. ꝯ̄ q̄s eccīa diu an̄ pugnauat. Itē q꞉ iſti erāt viri eloq̄ntiſſimi. vt pꝫ ī ſtillo epl̄e pellagiāoꝝ et ī altcatione juliā. et cū hoc fuerūt aſtuti et callidiſſimi. Nā ut ī breui poſſent oꝛbem totuꝫ infic̄e. fuerūt diuiſi ꝑ tres ꝑte^s mūdi .ſ. pellagi⁹ in europa. et julian⁹ ī africa. et celeſti⁹ ī aſya. et ſic ī breui ip̄e fuit ſeīnatū illꝺ venenū. Tercia cā fuit q꞉ illꝺ venenū et fermētū erat valde palliatū et coloꝛatū q̄ſi latēs ſub melle ūitatis .natē. volūtatis et lib̄i arbitrij. Et iō m̄lti facili⁹ fuerunt in illa doctna peſtiffera decepti hac triplici cā Unde dicebāt ꝙ ꝺs bonā nāꝫ et lib̄aꝫ crea- uerat ī hoīe. et poſūat ipꝫ ī volūtate arbit̄ij et ꝯſilij ſui. g̊ diabl̄s q̇ erat ꝺo inferioꝛ nō potat hūaꝫ nāꝫ coꝛrūꝑe n̄c volūtati^s lib̄tatē toll̄r en̄c īpedire. Et iō julian⁹ vocabat au- guſtinū traductōariū et manicheuꝫ. Item dicebāt ꝙ ſi hūa n̄a et caro n̄ra ī tn̄ fuerat coꝛrupta ī adā. ꝙ n̄c potat de ſe vitare m̄lū nec facē bonū. n̄ adiuta ꝑ grāꝫ x̄. g̊ ſeq̄ret̄ ꝙ vel null⁹ ī peccādo damnaret̄. vel ꝙ ꝺs eēt iluſt⁹ ī dānando hoīes. q꞉ ad īpoſſibile nēo obligat̄ de iure. Et ſic aſſebāt. ꝙ p⁹q̄ ꝺs bonā nāꝫ creauat ī hoīe ad ymagīeꝫ et ſimilitudīeꝫ ſuā. et creauat ī eo lib̄aꝫ volū- tateꝫ. ⁊ reliq̄rat eū ī manu ꝯſilij ſui. ꝙ tunc ex ꝓꝓrijs ⁊ n̄lib⁹ virib⁹ cū arbito volūtati^s abſq꞉ alio auxilio potat oīa p̄cepta adīple- re. et ꝑ ꝯn̄s oīa pc̄ta vitare et oīe bonum oꝑā q̄ncūq꞉ vellet. Et ex hoc īferebant ꝙ ſuꝑfluū erat deū oꝛare ꝓ vitādis pec̄tis fu turis. q꞉ vnuſq̄ſꝫ de ſe potat pc̄ta vitare. et ſuꝑfluuꝫ erat et̄ ꝓ defūctis exoꝛare. q꞉ ſi ſiē pc̄to deceſſūt illico euolarūt ad celū tanq̄ bone natē ſequtoꝛes. ſi at̄ cū pec̄tis moꝛtui fuerāt. Tūc illico deſcēdebāt ī infernū. Et ſic tollebāt oēs oꝛōnes eccl̄ie et oīa ſufra- gia viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. Qꝺ q̄dē venenum ita ī breui m̄ltos īfecit. ꝙ tō eccl̄ia ꝑ oīnes partes mūdi fuit turbata. eo q꞉ oēs illo pe ſtifeꝛo veneno īfecti ceſſabāt ab oīni oꝛōne et ſufragio viuoꝝ ⁊ defūctoꝝ ꝯfidētes de ſuis virib⁹ ⁊ lib̄a volūtate ꝯtēpnēdo grāꝫ x̄

2009 Ministerio de Cultura

Hoc aũt ꝑſentiẽs aug⁹ zelo eccl'ie ꝓmotus
congregato ꝯcilio epoꝝ affricanoꝝ icep̃
illis hereticis reſiſte.et ſcripſit inocen̊ pape
romano.vt ſup̃ gregẽ ſuū in vigilaret.et
caute de iſto oculto et ꝑicl'oſo veneno inq̃/
reret ꝓut dictũ ẽ.Et ideo ꝯdẽnata iſta peſti
fera heſi i ꝯcilio romano ⁊ affricano.Tũc
aug⁹ incepit ordinare plura officia in ſua
eccĩa yponẽſi ꝯtrᷓ intẽtũ illi⁹ ſecte. Inᷓ q̃ p̊
ordĩauit officiũ defunctoꝝ diuiſum ꝑ tres
nocᷓnos cũ ſuis laudib⁹. qd̓ q̃dẽ officium
illico ſuſcep̊ tñ eccĩa africana. ⁊ ex inde veit
in eccl'iaꝫ ytalicã.et gallicanã et yſpanaꝫ et
germanicã. Et eᷓ ordĩauit miſſaꝫ ꝓ defũc/
tis.in q̊ officio petũᷓ ſufragia ꝓ defunctis
ꝯ̃ ꝑfidiã pellagianoꝝ. Itẽ aug⁹ tũc ordia
uit mlᷓta alia officia feſtiua.inᷓ q̃ ꝯfecᷓ offm̃
natiuitatis v̓ginis marie . Et eᷓ ordinauit
multa alia eccl'iaſtica officia q̊ꝝ auctor ig
noraᷓ.eo q̃ꝛ fuit multũ apt⁹ et facilis i oꝛ̃o
nib⁹ ordinãdis.vt pꝫ i ſuis ſoliloqijs et ꝯtẽ
platõib⁹ et ſubputatõib⁹.Tũc etiã tñ eccĩa
romana ꝯtrᷓ ꝑfidiã pellagianoꝝ ordĩauit
preces q̃ ſiũt i p̓ma hora diei i officio.puta
ꝙ illico p⁹ v̓ſiculũ dicaᷓ oꝛ̃o dñica cũ ſim/
bolo.et p⁹ea.Et ego ad te dñe clamaui cũ
q̃nq̃ꝫ ſeq̃ntib⁹ v̓ſib⁹ ſũptis de pſ̊.L.⁊et p⁹ea
fiat gn̓al' ꝯfeſſio. Et p⁹ ꝯfeſſiõꝫ dicaᷓ vltia
ps h⁹ cãtici.ſ. digñre dñe die iſto ſine pc̃to
nos cuſtodire.Et p⁹ea dicaᷓ illa ſalubs et
electiſſima oꝛ̃o.ſ.dñe ds ops.q̃ ad p̓ncipiũ
hui⁹ diei nos ꝑuenire feciſti ⁊c̃.In q̃b⁹ p̃/
cibus manifeſte petim⁹ grãꝫ et auxiliũ di
uinuꝫ ne icidam⁹ i aliq̊ pc̃ꝫ. ſꝫ ſemꝑ faci
am⁹ bonũ et ipleam⁹ oĩa p̃cepta iuxta vo
lũtateꝫ dĩ ⁊ liberemur a pc̃tis preᷓitis:ꝯfitẽ
do et ꝯfitẽdo nos nil'ꝫ bonũ ex ꝓprijs virib⁹
poſſe face.nec pc̃ꝫ vitare ſine auxilio ⁊ grã
dei.et hoc idẽ ordĩauit eccĩa fie' i ꝯpletorio
q̃ꝛ añ oꝛ̃onẽ dic̃ vltimã ꝑtẽ h⁹ cãtici.ſ.dig
nare dñe nocte iſta ſine pc̃to nos cuſtodire
miſere nr̃i dñe.Ex q̃b⁹ pꝫ ꝙ ex hoc cãtico
accepit eccl'ia arma corhiana matutina et
veſꝑtina ad pugnãdũ ꝯ̃ diabolũ.Que q̃dẽ
arma ſta faciũt. Nã p̊ inclinãt deũ ad miaꝫ
et grãꝫ ꝯferẽdaꝫ.p⁹ꝙ nos hũiliam⁹ ꝯfi
tẽtes nos eẽ fragiles et iſufficiẽtes ad ma
lũ vitãdũ et bonũ agẽdũ.et ꝯfitemur nos
eẽ filios p̓uaricatoꝝ.Sc̃do fugã⁹ diabolũ
a nб ⁊ vires ei⁹ ꝯp̓mim⁹.Tercio elimiñ⁹
et extiguim⁹ venenũ et peſtiferã doctrĩaꝫ
pellagianoꝝ q̃ totũ ꝯ̃iũ ſuadebat et totaꝫ
religiõeꝫ xp̃ianaꝫ infecat et turbauat.vñ eᷓ
ecĩa ꝓpᷓ eãdẽ cãm ordĩauit alias p̃ces poſt
p̓mã.ſ.p̃cioſa i cõſpectu dñ ⁊c̃.uſq̃ꝫ ad capꝫ
.ſ.dñs aᷓ dirigat corda ⁊ corꝑa nr̃a. q̃ v̓ba
ſi bñ cõſideñᷓ et cõtẽplẽᷓ oĩa petũt diaꝫ
miſericordiã et grãꝫ ⁊ auxiliũ diuinũ. vt va
leam⁹ implere oĩa p̃cepta et vitare pecĩa
et face bõa oꝑa ꝯfitẽtes nos nihil boni ex
nr̃is virib⁹ poſſe face.Et ſic ex inde eccĩ ſẽꝑ
proceſſit ordinando noua officia ⁊ nouas
oꝛ̃oñs i q̃b⁹ peti⁹ diuinũ auxiliũt.vñ dicitᷓ
ꝙ ſic p̓m⁹ q̃ ordĩauit antifonas ad cãtãdũ
cũ p̓s i eccĩa fuit ãbroſi⁹. et ordĩauit hỹos
feriales.et diuiſit offm̃ matutiale in duas
partes.ſ.i pſalmodiã et laudes.Ita p̓m⁹ q̃
fecᷓ reſpõſa q̃ cãtareᷓ p⁹ pˢ i q̊lꝫ ñ fuit aug⁹
Gelaſi⁹ aũt papa paulo p⁹ auguſtim ordi
nauit ut cãticũ auguſt.ſ. Te deũ laudam⁹
cãtareᷓ p⁹ tres nocᷓnos añ laudes.Eſt veꝝ
ꝙ btĩs ãbroſi⁹ iaꝫ ordinauat ꝙ iſtd̓ canticũ
cantareᷓ i ſua eccl'a mediolanẽſi.ſꝫ gelaſi⁹
poſtea p̃cepit ut cantareᷓ ꝑ vniũſaꝫ eccĩaꝫ
Poſtea iſte gelaſi⁹ ordĩauit multa alia ꝑti
cularia officia eccl'aſtica.et ordĩauit ut añ
canonẽ miſſe cãtareᷓ alia particl'a h⁹ cãtici
.ſ.ſc̃s.ſc̃s.c̃. Et ad hoc ordĩauit et ꝯfecit
illaꝫ p̃fatõeꝫ cõeꝫ q̃ cotidie cãtaᷓ i miſſa.ſ.
vere dignũ et iuſtuꝫ ẽ ⁊c̃. q̃ q̃dẽ p̃fatio nil
alid̓ facit ñ q̃ꝛ recitat ⁊ declarat qd̓ auguſt⁹
dixit i hoc cãtico.ſ. ᷓ oẽs angl'i et cherubi
et ſeraphi iceſſabili voce ꝓclamant ſc̃s c̃.
p⁹ẽ aũt veit greg̊⁹ q̃ ꝯpoſuit aliq̃s p̃fatões
feſtiuitatib⁹ ſolẽnib⁹ a ꝓpᷓiatiᷓ.Et eᷓ ꝯfecit
multa alia officia ſc̃oꝝ taꝫ ꝓpria q̃ cõia
que hodie cantat eccĩa.Ex q̃b⁹ pꝫ q̃liᷓ vl'is
eccĩa latina ex iſto cãtico ſũpſit modũ lau/
dandi deum in miſſa.quia ſimul cuꝫ eccl'ia
trihumphanti iſta eccleſia cantat ſanctus.

2009 Ministerio de Cultura

.Canticum.

ſcīs c̄.et ſic ex iſto cātico accepit modū lat̄e
Jtē ex iſto cātico accep̄ ⁊ aſſūpſit arma coti
diana ꝯ̃ diabolū fugādū et modū iclinādi
deū ad miaꝫ et grāꝫ ipetrādā.qn̄ dic̄ digre
dn̄e iſto.que eſt vij vtilitas huius cantici.
¶ Octā vtilitas ⁊ fructꝰ hꝰ cātici ē qꝛ nos
ꝯciues ſcōꝝ ⁊ domeſticos dī efficit.⁊ iſtā
militātē eccīaꝫ cū ſupna ⁊ t̄hūfanti ꝯſociat
Vnde qa dictū fuit ꝑ auguſtinū i ꝑma ꝑte
huiꝰ cātici.t̄ oēs angſi ⁊c̄.vbi oñdit ꝙ oīs
angl'i inceſſabili voce ꝓclamāt ⁊ c̄. Et hoc
idem cātat chorꝰ apl'oꝝ ⁊ ꝓphaꝝ et mr̄ꝫ i
ſocietate eoꝝ ꝓut ſubdit ambroꝰ.cū dic̄ te
glo'ſꝰ apl'oꝝ chorꝰ.Et hoc idē cātat tō eccī
ꝑ totū orbē t̄raꝝ ꝓut augꝰ ſbdit.te ꝑ orbē
t̄raꝝ ſcīa ꝯfitet̄ eccīa c̄. Ex qbꝰ ꝯcludit̄.ꝙ
ſic̄ chorꝰ apl'oꝝ.ꝓphaꝝ. martyꝝ ⁊ oīum
btoꝝ ſociat̄ cū āgelis i gl'a ad ꝯfitēdū mi/
ſteriū t̄nitatis cantādo ſcīs ⁊ c̄. Jta ꝑit̄ iſta
eccīa toto orbe diffuſa ſub eadē ꝓfeſſione
cōſociat̄ cuꝫ celeſti cātando ſcīs ⁊ c̄. Et ſic
q̄ntū ad ꝓfeſſiōeꝫ t̄nitatis eadē ē lat'a huiꝰ
eccl'ie ⁊ illiꝰ celeſtis.ſic̄ ibi dictū fuit. Et iō
gelaſiꝰ papa āpliator dioꝝ officioꝝ q̇ fuit
valde deuotꝰ huic cātico ordiauit vt i oībꝰ
feſtiuitatibꝰ cātaret̄ i officio matutinali
finito t̄cio n̄.ut iſta eccī ꝯſociatet̄ cū ſupna
cantādo ſcīs.ſcīs.⁊c̄. Jteꝫ ut ꝑ iſtō cāticuꝫ
oñdet ꝙ iſta eccīa ē eadē cū illa rōne finis
et t̄mini inq̄ntū iſta ē via i illā.et ꝙ laudat
vnū ſolū deū i t̄nitate cū illa. Et idō ex iſto
cantico accep̄ ꝑfaciōꝫ quā cātamꝰ an̄ cano
neꝫ miſſe.Vn̄ lꝫ ambroꝰ ⁊ augꝰ ordinaſſen
i ſuis eccījs alias lōgas ꝑfatōeˢ vt pꝫ i eccī
mediolanēſi. tn̄ gelaſiꝰ papa ordiauit vnā
breuē ⁊ cōeꝫ ꝑfatōneꝫ quā cothidie cantat
eccīa i miſſa.i q̄ nil aliud dic̄ꝛn qꝛ explicat
totā illā ꝑtē huiꝰ cantici.ſ. t̄ oēs angl'i uſqꝫ
ad illā excluſiue. tu rex gl'ie xp̄e . Vnde ait
Surſuꝫ corda.i.relictis rebꝰ mūdanis ele/
uate corda vr̄a et ſimł cuꝫ angelis ⁊ beatis
agamꝰ grās dn̄o deo nr̄o.Quia vere dig/
nuꝫ ē ſemꝑ et hic et ubiqꝫ taꝫ i t̄ra ꝙ̄ i celo
cū angl'is grās age.Et ꝯūſa eccīa ad deum
p̄reꝫ dic̄/o/dn̄e ſcīe pr̄ oп̄s et̄ne d̄s nos d̄s

p̄recamur te ꝑ xp̄ꝫ filiū tuū ⁊ dn̄ꝫ nr̄ꝫ.ꝑ q̄m
mageſtatē tuā laudāt āgeli. et adorāt dn̄a
tiones et tremūt poteſtates eādem mage/
ſtatē tuā.celi celoꝝ qꝫ v̇tutes:ac beata ſera
phin ſub q̄dā ſocia et ꝯcordi exl'tatōe ꝯce/
lebrant et colunt ⁊ veñantur eandē mage
ſtatē tuā cū qbꝰ ⁊ nr̄as voces vt admittas
ſupplices ꝑcamur.i.ſupplices te ꝑcamur. vt
tu admitas ⁊ vellis audire et ſuſcipe nr̄as
voceˢ.ſil' cū illiˢ.i.cū vocibꝰ illoꝝ.ſ.āgl'oꝝ
q̄ſi di.ſic̄ in celo ſuſcipis et admitis voces
illoꝝ.dicētiū ſcīs ſcīs ⁊c̄. ita deꝑcamur vt
ſil' cū eis ſocia exultatōe admitas nr̄as vo
ces ſil' cū eis dicētes ſcīs ⁊c̄.Vn̄ adūtāt ſac̄
dotes et religioſi.ꝙ ꝯſtructō huiꝰ ꝑfatōis
eſt valde int̄cata ꝓpt̄ lōgā ſieꝫ ⁊ depēdētiā
qꝛ tō eiꝰ ꝯſtructō depēdet ab illo v̇bo deꝑca
mur et ipedit̄ ꝯ̊ i ꝑte ꝓpt̄ illō rl'm.ſ.cū qbꝰ
Et iō hc m̄gis declarauit pꝰca bis gregoꝰ
i ſuis ꝑticl'aribꝰ ꝑfatōibꝰ q̄s fec̄ ꝓ ꝑticl'abꝰ
ſolēnibꝰ feſtis.i fine q̄ꝝ cōit̄ dic̄. Et iō cuꝫ
angl'is et archāgelis cū tronis ⁊ dn̄atōibꝰ
cūqꝫ oīni milicia celeſtis exercitꝰ hy̅nū gl'e
tue canīꝰ ſine fine.di.ſcīs ⁊c̄. Ex qbꝰ pꝫ ꝙ
tā gelaſiꝰ ꝙ ġg̊ꝰ ſil' cū tō eccī ex iſto cātico
ſūpſ̄ūt hāc ꝑfatōeꝫ quā cantāꝰ cotidie i mi
ſſa ſil' cū hac ꝓfeſſiōe t̄nitatis dicēdo ſcīs c̄
Jtē oñdit eccīa iſta ꝙ n̄ ſeꝑata ſꝫ ſil' ſociata
cum illa eccīa btoꝝ ſocia exultatōe itēdit
cātare ſcīs.ſcīꝰ.⁊ c̄.ſub eadē ꝓfeſſiōe miſt̄ij
t̄nitat̄. et ſic itēdit ꝯfitē et cātare ꝑ fidē qō
illa ꝯfitet̄ et cātat ꝑ gl'iaꝫ et clarā viſiōꝫ.Et
oñdit et̄ iſta eccl'a ꝙ n̄ cātat hoc cāticū tāꝙ̄
t̄rena:ſꝫ ſurſuꝫ a t̄renis cū illis eleuata tan
ꝙ̄ celeſtis.Ex qbꝰ pꝫ ꝙ iſtō canticum nos
facit ciues ſcōꝝ et dei domeſticos.⁊ facit
iſtā eccl'iaꝫ cū illa celeſti ꝯſociā.Et hoc etiā
oſtendit̄ ꝑ q̄ndam reuelationeꝫ et viſiōeꝫ
factam cuidam ſanctimoniali in ſaxonia.
Vnde legit̄ i eccl'aſtica yſtoria germanoꝝ
ꝙ in ſaxonia erat . et adhuc extat qddam
magnū monaſteriū i q̊ laudabat deū et vi
uebat i vita ſanctiſſima ⁊ honeſtiſſima ma
gna multitudo ſororꝝ. inter q̄s erat q̄dam
deuotiſſima iuuenis.q̄ ex iugi abſtinētia ⁊

© Ministerio de Cultura

q₂ cothidie ſgebat ad horas matutīas . et
ↄtinue ſeqbaſ horas nocꝛ̄nas in choro. Et
ĩdo ex mltis laborib⁹ erat multis infirmita
tib⁹ aflicta. Et tñ ꝓpt̃ hoc nõ ceſſabat inter
eſſe oib⁹ hõis tã nocꝛ̄nis q̃ diurnis. In tñ
q̄ q̄dã nocte cũ eẽt matutīs. ꝛ iã chor⁹ eẽt
in fine ꝛ̄cij nocꝛ̄ni q̄ſi ĩ nona lectõe. tũc illa
monialis incep̃ deffic̃e ꝑ debilitate. ꝛ veire
quaſi ĩ ſincopim. Qd̄ vidẽs abbatiſſa p̃cep̃
ſibi ut iret ad cellã ſuã ꝛ q̄ſceret. Ipa aũt
monialis rogabat vehemenꝛ̄ abbatiſſaʒ vt
ꝑmiſ̃et eã ſtare ĩchoro vſqʒ q̊diceſ hoc cã/
ticũ. ſ. Te deũ laudam⁹: Abba vero noluit
ãnuere ſuis p̃cib⁹. ſʒ p̃cep̃ ẽ in meritũ ſcẽ
obẽe ut iret ad cellã ſuã. Tũc illa velut obe
diens egreſſa ẽ eccl̃iaʒ: ſʒ manſit ĩ clauſtro
iuxta portã eccl̃ie vt audiret te deũ lauda/
mus: ne p̃det illã ↄſolatõeʒ: Sʒ cũ chor⁹ in
cipet cãtare te deum laudam⁹. ipa eleuauit
ocul̃os ad celũ vt ſil̃ ag̃et gr̃as et laudaret
deũ cũ alijs monialib⁹. tũc aũt eleuata ꝛ ra
pta ĩ ſpũ: vidit q̄liꝛ̄ ĩcipiẽdo hoc canticuʒ. ſ.
te deũ laudam⁹ illico aptũ fuit celũ. Et q̄ño
chor⁹ cãtabat. tibi oẽs angl̃i. ꝛ̃ celi ꝛc̃. vidit
q̄liꝛ̄ oẽs angl̃i et troni et dñatões et cheru
bin et ſeraphin. et oẽs ordines angl̃oꝝ po
ſtrati et inclinati adorabãt ante trhonũ tri
nitatis. et laudabãt dñ ꝛ̄nũ et vnũ et agnũ
ſedentẽ ad extris p̃ris. õs dicẽtes. ſcẽs. ſcẽs
ſcẽs. ꝛc̃. Itẽ q̄ñ chor⁹ ĩcep̃ cãtare. Te gl̃oſ⁹
apl̃oꝝ chor⁹. vidit q̄l̃i chor⁹ apl̃oꝝ ꝓcidẽ
tes ĩ facies ſuas ante trhonũ cãtabãt idem
canticũ dicẽtes. ſcẽs ꝛc̃. Itẽ q̄ño chor⁹ ĩcep̃
dic̃e Te ꝓphaꝝ laudabl̃is nu⁹ vidit q̄liteꝛ
oẽs p̃triarche ꝛ ꝓphe ve. teſ. ꝓcidẽtes ĩ fa
cies ſuas cãtabat idẽ cãticũ añ trhonũ ma
geſtatis. Itẽ q̄ñ chor⁹ ĩcepit dic̃e Te mar/
tirũ cãdidat⁹ laudat exercit⁹. tũc vidit tur
baʒ magnã martiꝝ et ↄfeſſoꝝ et v̄ginũ et
oĩuʒ iuſtoꝝ. q̄ oẽs ꝓſtrati in facies ſuas
ante trhonũ dicebãt ſcẽs. ꝛc̃. Tãdeʒ aũt q̄ñ
chor⁹ ĩcepit dic̃e. te ꝑ orbẽ ꝛ̄raꝝ ſc̃a ↄfiteſ
eccl̃ia p̃reʒ ꝛc̃. tũc vidit q̄liꝛ̄ tot⁹ ille chor⁹
monialiũ aſcẽdit ĩ celũ. et oẽs ille ſorores
mixte ſil̃ cuʒ angl̃is ꝛ apl̃is et martirib⁹ et
oib⁹ btĩs ſocia exl̃tatõe cãtabãt ſcẽs ſcẽs ꝛ̃.
Et ſic finierũt cãticũ vſqʒ ad illũ v̊ſiculum
. ſ. in te dñe ſꝑaui ꝛc̃. q̊ cantico finito celum
clauſuʒ ẽ. et nil altd̄ vidit. tũc illa putãs q̄
abbatiſſa ſiml̃ cũ toto choro monialiũ man
ſiſſet ĩ celo clauſo reu̇ſa ẽ velociꝛ̄ ad chorũ
ſed vidẽs q̄ chor⁹ ĩcipiebat dic̃e de⁹ ĩ adiu
toriũ ꝑ laudib⁹ dicẽdis vehemẽti admira
tiõne obriguit et incepit dic̃e et inꝛ̄rogare
q̊m ita velociꝛ̄ deſcẽdiſſʒ de celo. Sʒ cũ ab/
batiſſa cũ ceꝛ̄is moĩalib⁹ h̃c reputarẽt deli
ramẽtuʒ. Ipa magis aſſerebat vidiſſe ſup̃/
dictaʒ viſionẽ. p⁹ea aũt ñ p⁹ mlto' dies cũ
ſcĩmonialis illa veniſſʒ ad articulũ morti'
dixit abbatiſſe et oib⁹ ſcĩmoĩalib⁹ ut eẽnt
et ſtarẽt atente cũ deuotõe ĩ choro cuʒ hoc
canticũ cãtaſ ĩ choro tã ĩ miſſa q̃ ĩ matuis
q₂ voces fideliũ aſcẽdũt ĩ celũ. et ſil̃ cũ voci
b⁹ ãgl̃oꝝ ꝛ oĩuʒ btõꝝ ſocia exl̃tatõe laudãt
dñm q₂ q̄ñ cãtaſ hoc cãticũ ↄſociat iſtã ecciaʒ
cũ ſuꝑna. Ex ſup̃dicti' g̊ pʒ q̄liꝛ̄ octo fruct⁹
attulit nb̃ cãticũ iſtd̄. ꝓpꝛ̄ qd̄ tõ eccĩa ſuſcep̃
illd̄ cũ tãta celebritate ꝛ deuotõe. Et p̃cepit
ipʒ cantá ĩ matutĩali officio. Primo q₂ in/
ſtruit fideles ĩ oĩ catholica veritate. Scd̄o
q₂ ↄſtruit eccl̃iaʒ ĩ his q̄ ad fidẽ ſꝛ̄ neceſſãa
Tercio d̄ſtruit oẽʒ h̃eticã ꝑuitatẽ. Quarto
ſufficienꝛ̄ hoĩeʒ iuſtifficat ꝑ ꝛ̄nã ↄfeſſiõem
Quinto deũ delectat ꝛ ſatiſfacit ꝑ lat́aʒ fui
tutẽ et gr̃aꝝ actões. Sexto ĩpetrat m̃iam
Septimo ↄfert arma cothidiana ad pug/
nãdũ ↄ̃ diabolũ. Octauo ↄſociat iſtã eccl̃iã
cũ ſuꝑna. ꝑut ꝑ ſingl̃a ẽ declaratũ. Dep̃can
da g̊ ẽ nb̃ dĩa clemẽtia. vt ſic hoc cãticum
in hac eccĩa cantã⁹ ꝑ fidẽ: ita ſil̃ cũ cũ btĩs
mereamur cãtare ipʒ ĩ pat́a ꝑ clarã viſiõeʒ
et fruitõneʒ ꝛ gl̃iaʒ. Ad quam nos ꝑducat
Rex gl̃ie xp̃s q̄ cum p̃re et ſpũ ſcõ viuit et
regnat de⁹ ĩ ſcl̃a ſcl̃oꝝ amen.

Explicit expoſitio ſuꝑ Te deum laudam⁹
edita per Reu̇endiſſimũ. D. Jacobũ peç de
valẽtia epiſcoũ criſtopolitanũ. impreſſa va
lẽtie. die. xi. Anno a natiuitate dñ. M. cccc
Lxxxv. menſis Januarij.

2009 Ministerio de Cultura

.Canticum.

Regia ex yſpanoꝝ et illuſtri ꝓpagine
nobiliſſimꝫ filie.ac dilectiſſime dñe.E
lyſabebt de billena abtiſſe ſacri monaſtij ſā
cte trinitatis vrbis Valētie.Jacobus eps criſto
politanus i filio vginis ſalutē.Jngēti cū af/
fectu exoraſti ſepe nuo in becillitatē meaz
dña dilectiſſima.Ut q cometarios i ps dd
qndā ediderā.Et cātica ferialia ſil' cū cātico
ābroſij ⁊ augu.nō mlto pꝰ tp̄re expoſuerā.
Nūc aūt ad cāticū vgis exponēdū aiuz ap/
pellere nō negarē.Jn dignū.n.ac rephēſi/
bile exiſtimabas.ſi int tot labores in duduꝫ
aſſūptos cāticum tāte vginis manet omiſ/
ſum.Adcebas pterea.ne in illiꝰ laudibꝰ ex
plicandis calamo ꝑcerem.Et ne ꝓlixitatis
metu.aut quis alto ſiniſtro reſpectu.cūcta
eiꝰ priuilegia.dignitateſqꝫ adeo ſibi largitas
ſilētio paterer ptrāſire.Et hoc ut hēant/q
in tuo ſacro collegio.tecū dño fuiūt vgies
et filie.vñ i laudibꝰ vginis die noctuqꝫ ꝯtē
plari.Qd qdez opꝰ tā arduū et i extricabile
michi agrediendum ꝑ dificile exiſtimaui.
Hoc eſt.n.illud palterum decacordum.qd
dauid in ſuis pſalmis in pſona virgis ma/
rie.et totius eccleſie ſepe numero catandū
pollicetur.Quod qdem canticum ipa inte
merata virgo afflata ſpiritu ſancto decem
breuibus verſibus abſoluit et decantauit.
Quis ergo digne cogitare queat huiꝰ can/
tici in acceſſibilez ꝓfunditatem.Jnquo nō
ſolum cuncta miſteria ac ꝓmiſſiones patri
archaꝝ.et vaticinia ꝓphetaꝝ fuiſſe com/
pleta in xp̄o dinoſcuntur.veꝝ etiam tota
veritas euangelica breui ſermone reſerat:
Aut quis deniqꝫ tante virginis laudum in
menſitatem poterit humanis verbis expli
care.et tot beneficia ſibi adeo collata paruo
libro ꝯſcribere.que illuz ſuo virgineo gre/
mio meruit geſtare.cui angeli ſeruiunt.de
mones contremiſcunt.celi parent.et muta
obediunt elementa.Quid ergo dicam pau
per in genio.egens eloquio.preſertim cuꝫ
michi egritudine oculoꝝ per grauoto nō
modo calami officio vti nō concedi.veruꝫ
etiā legendi facultatem liberam video ꝫ de
negari.Veruz tamen tante virginis deuo
tiōe ꝯpulſꝰ.et ea quā erga me ſemper geſſi
ſti.caritate ꝯuictus.tuis deuotis exortatio
bus ſatiſfacere.et ꝓut michi deſup fuerit ꝯ
donatum obedire conabor.Et q ſibi vellit
vgo mi i hoc altiſſimo cātico/ſupno ſp frētꝰ
auxilio.Et tuis tuaꝝqꝫ filiaꝝ oroibꝰ pmu
nitꝰ/pſcrutā tētabo.Tādē aū ad vgis filiū
mā iiba ꝯutēs.ſil' cū eadē vgie typaniſtria
nra hoc pſaltiū decē cordaꝝ cane i cipiaz.

Magni/ficat aia mā dñz c̄.
Huic cātico ꝑponi
tur tal' titl'is.ſ.cāticū vgis m.
Eo qꝫ ipa ipꝫ edidit.et p cāta
uit ſic dcīꝫ ē.Sꝫ qꝫ totū iſtd cāticū ⁊ eiꝰ ſe/
tētia et itll'igētia fūdat i ūbis āgl'i gabriel'
qñ ſalutauit vginē mariaꝫ i incarnatōe filij
dei.Et in verbis elyſabet.qñ Maria ſaluta
uit eam.Et ideo ad ꝯſeqndaꝫ intelligētiaꝫ
huiꝰ cātici neccīo eſt prehabēda intelligētia
illoꝝ verboꝝ.Et ideo anq veniamꝰ ad ex
pōꝫ et diuiſiōꝫ huiꝰ cātici.breuꝭ ꝑcurremꝰ
dicta angl'i et Elyſabet luc.p.Vñ ait lucas
euāgl'iſta.q in mēſe ſexto pꝰ ꝯceptōꝫ iobis
baptiſte.Miſſꝰ ē angelꝰ gabriel a deo in ci/
uitatem galilee.cui nomē nazaret.Ad vgi
nem deſpōſataꝫ viro.cui nomē erat ioſeph
de domo dd.Et nomē vginis.Maria.Jn
quibꝰ verbis verificanꝭ dcta ꝓphaꝝ.qꝫ xꝰ
ex vgine erat naſcitꝰ.ꝓut pdixerat yſa.vij
Ecce vgo concipiet ⁊ pariet filiuꝫ ⁊c.Et et
verificanꝭ ꝓmiſſiōs patarchaꝝ.qꝫ xp̄s erīt
naſcitꝰ ex dd.Et ꝑ ꝯñs detribu iuda.et de
gñe iacob.et abrahe ꝭ carnē.ſicut eis fūat
ꝓmiſſꝰ.Et iō ſbdit lucas.q gabriel in greſ
ſus ad vginem mariā explicauit ſuā lega/
tionem ex ꝑte dei dicens.Aue.gra plena.
dñs tecuꝫ.Bñdcta tu in mulieribꝰ.Jn qua
quidem legatōe et in qbꝰ verbis.Quatuor
bona noua et magna bñficia anūciat anglꝰ
Primo vgini marie et exꝯñti toti gnī hu/
mano.Nam p anūciat vl'eꝫ redēptōꝫ et ſa/
luteꝫ gnis hūani.cū ait.Aue.ſcdo anūciat
plenitudiēꝫ grē quā p ꝯſecuta eſt/m/ ⁊ ex/

2009 Ministerio de Cultura

inde tota eccl̄ia.cuꝫ ait. Gr̄a plena. Tercio
anūciat aduētū filij dei in eiꝰ vtruꝫ et ex inde
in totā eccl̄iaꝫ.cū ſubdit.Dn̄s tecū.Quarto
anūciat bn̄dictōꝫ ⁊ dignitatē Marie ſuꝑ ōes
mlieres.cuꝫ ſb̄dit.Bn̄dcr̄a tu ī mulieribꝰ.
¶ Ad q̄ꝝ intell'ꝫ ē nōndū.ꝙ q̄tuoꝛ mala in
currerūt ṗmi parētes ex trāſgreſſiōe p̄cep
ti dei in eſu cibi ꝓhibiti.Primo incurrerūt
mortē corporis ⁊ aīe.Scd̄o irā ⁊ ī dignati
onē dei.Tercio exiliū.Quarto eua ſpāl'r ſil'
cum oībꝰ mlieribꝰ ī currit maledictōꝫ erū
pnaꝝ ⁊ miſi̇e ī ꝯceptibꝰ ⁊ ꝑtubꝰ ſuiˢ.Que
oīa q̄tuoꝛ mala fuerūt denūciata ī ſentē/
tia data ṗmis ꝑentibꝰ.qn̄ angl'ꝰ eiecit eos
de t̉reſtri ꝑadiſo/ Vn̄ tūc anūciata fuit eis
mors qn̄ deꝰ dixit ade.Puluis es ⁊ in pulu̇
em reu̇teris. Et tūc fuit anūciata ira dei ꝯ̄
eos.qn̄ do ſe nouīnt nudos ab oī gr̄a.⁊ au/
dierūt vocē furibundaꝫ dei deābulātis ad
aurā pꝰ meridiē.in q̄ voce timuerūt ⁊ ſe ab
ſcōderūt afacie dei.cognoſcētes ſe iraꝫ ⁊ in
dignatōꝫ dei in curriſſe.Itē tūc fuit anūcia
ta eue et oībꝰ mulieꝰ ſpālis maledicr̄o/cuꝫ
dixit ei.mlt'iplicabo erūnas tuaˢ ⁊c̄.Sꝫ tūc
fuit eis anūciatū ꝑpetuū exiliuꝫ et ſeꝑatōꝫ
adeo.qn̄ eiecti ſt̄ de ꝑadiſo ⁊ in hāc vallē la
crimaꝝ emiſſi ⁊ relegati. Sed qꝛ oīa ſup̄/
dcr̄a q̄tuoꝛ mala fuerūt anūciata ṗmis par
entibꝰ adeo ꝑ angl'uꝫ tāq̄ ꝑ ſb̄am mediaꝫ.
ut inq̄ augꝰ.Ideo ꝑ āgelū voluit deꝰ anū/
ciare v̇gini m̄rie.in hac legatōe abſolutōꝫ
gn̄aleꝫ fcr̄aꝫ ꝑ xp̄m ab illis q̄tuoꝛ maliˢ ſup̄
dcr̄is. Nam p̊ ſicut angl'ꝰ ṗmis ꝑentibꝰ an
nūciauit mortē corꝑis ⁊ aīe.Ita ꝑ oppoſitū
nūc anūciat marie vitā ⁊ ſaluteꝫ. Et ꝑ ꝯn̄s
abſolutōꝫ amorte.cū dixit ei.Aue.i.ſalue ⁊
ſalus ſit t̉ et toti gen̉i hūao. Vn̄ ſalꝰ idē eſt
qd̓ vita integ̃ ſine defectu ꝯ̄ oēꝫ morbū et
mortē.ſic̄ dcr̄m ē in expōe ps̄.viij.et dicet̄
infra.Itē ſcd̄o illis angl'ꝰ denūciauit iraꝫ ⁊
indignatōꝫ.ſꝫ m̄rie anūciat gr̄aꝫ.Et ꝑ ꝯn̄s
abſolutōꝫ ab illa ira.cū ſb̄dit.Gr̄a plen̄.It
tercio illis denūciauit ꝑpetuū exiliū afacie
dn̄i.ſed marie anunciat recōciliatōꝫ et re/
unīōꝫ dī ad nos.Et ꝑ ꝯn̄s reuocatōꝫ abexi
lio.cū ſb̄dit.Dn̄s tecū.Itē q̄rto illiˢ denūci
auit maledictōꝫ.⁊ ſpāl'r ipi eue. cuꝫ oīibꝰ
mulieribꝰ.ſꝫ m̄rie anūciat.Bn̄dcr̄oꝫ ſuꝑ ōes
mulieres. Et ꝑ ꝯn̄s anūciat ė p̉ſeruatōꝫ et
exēptōꝫ ab oībꝰ maledictōībꝰ ⁊ erūnis ſuꝑ
oīs mlieres.cū ſb̄dit.Bn̄dicta tu ī mlieri
bꝰ.Et iō v̇go maria vidēs.ꝙ iſta ſalutatio
et anūciatō erāt totalr̄ ꝯ̄ria denūciatōi ⁊ ſnīe
date ṗmis ꝑentibꝰ. Hinc ē ꝙ turbata ē in
ſemōe eiꝰ ⁊ cogitabat q̄liˢ eēt iſta ſalutatio
.i.cogitādo iſtā nouā ſalutatōꝫ ꝯ̄iaꝫ denūci
atiōi fcr̄aꝫ ṗmiˢ ꝑentibꝰ/turbata ē in ſmōe
eiꝰ nō valēs redd̓e reſpōſuꝫ āgelo ſue lega
tionis.Sꝫ tūc angl'ꝰ vidēs ipaꝫ turbatā p̉e
cogitatōe.Ait ei.Ne timeaˢ m̄.in deiſti.n.
gr̄aꝫ apd̓ deū ⁊c̄. In q̄bus verbis nil aliud
facit angl'ꝰ.niſi ꝙ ſub v̇bis claris ⁊ maīfe/
ſtis explicat ſup̄dcr̄a q̄tuoꝛ miſt'ia.q̄ ſup̄ di/
xerat ī plicite.q̄i ſb̄ verbis obſcuris. vnde
ait. Ne timeas m̄.i.ne timeas iſtaꝫ ſaluta/
tionē eſſe fictā ⁊ vanā aut fraudulētā. qꝛ a
deo tibi miſſꝰ ſuꝫ. Et ne mireris.qꝛ dixit t̉.
Gr̄a plena.qꝛ tu p̉ceſſis in deiſti gr̄aꝫ apud
dm̄.qꝛ nō ſolū gr̄am gratifice vniōis cū d̓o
Sed etiā mat̉nalis vniōis. Et iō nō mire/
ris.qꝛ dixi.Dn̄s tecū. Nā lꝫ deꝰ cū ceťis ſit
per vniōeꝫ gratificā.tn̄ tecū erit ꝑ vnioneꝫ
gratificā ⁊ mat̉nā.Et ſit tecum erit nō ſo/
lum ꝑ gr̄aꝫ ī mēte. Sed etiā ꝑ incarnatōꝫ ī
ventre.Nā ecce ꝯcipies in vt̉o.⁊ paries fi/
lium.Et qꝛ iſte filiꝰ tuꝰ debꝫ ſaluare totum
ꝑp̄lm ſuū apcr̄is eoꝝ. Et afferre ſalutē toti
gn̄i hūao.Ideo vocab̓ nomē eiꝰ ihm̄.qd̓ in
terp̄tatur ſaluatoꝛ ⁊ datoꝛ vite et extictor
mortis ⁊ miſi̇e.Et iō nō mireris.qꝛ dixit t̉
Aue.i.ſalue.qꝛ tibi anūcr̄o ſalutē quā iſte fi
lius tuꝰ ihs affert toti mūdo.Nā hoc no/
men ihs.i.ſaluatoꝛ eſt nomen potēcie ⁊ ſa
pīētie ⁊ iuſticie ⁊ mīe.q̄dꝫ q̄tuoꝛ ſoli deo
ꝯueniūt.Et ideo hic filiꝰ tuus ihs erit mag
nus ī potētia iuxta ꝓpietatē ſui noīs.⁊ filiꝰ
nat̉alis altiſſimi vocab̓r. Et ꝑ ꝯn̄s erit deꝰ.
qꝛ iſtd̓ nomē ihs ſoli deo et filio dei ꝯuenit

2009 Ministerio de Cultura

ꝓpter ſupdictas q̃tuor ꝓpietates q̃s ꝯphen
dit hoc nn̄ ihs.i.ſaluator.ut dc̄tz ē pſ̊.viij.
et dicet̄ īfra. Et qꝛ iſte ihs ē verꝰ filiꝰ n̄lis
dei pr̄is. Jđo dn̄s pꝛ dabit ei ſedē dđ pr̄is
ſui.Et regnabit ī domo iacob ī etn̄ū.et reg
ni eiꝰ non erit finis. ❡ Ad cᷓ itll'm ē nōn/
duz.ꝙ xᷓ ē filiꝰ dei n̄l'.ſ3 nō carnal'.Et ē filiꝰ
v̉ginis n̄l' ⁊ carn̄lis.⁊ ē filiꝰ ip̄iꝰ dđ nō n̄lis
ſed carnal'.i.ꝭ carnē.Et ſic ei ē filiꝰ iacob.⁊
abrae ⁊ ip̄iꝰ adā. in q̄ntuz abeis deſcēdit et
fuit eis ꝓiſſꝰ ꝭ carnē. Et iđ ē iterꝫ aduētđ.
ꝙ duplx̄ regnū fuit ꝓmiſſuz ip̄i dđ.ſ. vnū
tp̄rale qđ iam poſſidebat.ſ3 fuit ꝓmiſſꝰ eiꝰ
ſucceſſio pſaloēz et ſuos poſtos.tātū q̄ntuz
nō deuiarēt apceptis ⁊ lege dei.Et ſic pſeu
auit illđ regnū tp̄rale uſq3 ad captiuitatē ba
biloīs.ſ3 pfigāz illiꝰ ꝓmiſſit ē regnū etn̄ū ⁊
ſp̄ūale ⁊ celeſte p xp̄m filiū ſuū futuz ꝭ car/
nem.eo qꝛ gn̄o dđ ꝭ carnē ꝓducta ē uſ3 ad
v̉giēz m̄z.de q̄ natꝰ ē ihs rex etnꝰ.q̄ obtinu
it ſedē regni etni tāq̄ heres dei pr̄is.cᷓ eſt
filiꝰ n̄lis.Et iđ ſedes regni etni đꝛ ſedes dđ
pr̄is x̄.in q̄ntuz fuit ē in x̊ et p xp̄m ꝓmiſſa
ſcđo.R.vij.Cum dixt dn̄s ip̄i dđ.Cū ꝯple
ti fuūt dies tui. et dormieris cū pr̄ibꝰ tuis.
Suſcitabo ſemē tuū pꝰ te.qđ egđiet̄ đ vr̄o
tuo.Et firmabo regnū eiꝰ.ip̄e edificabit m̄
domū noīni meo.Et ſtabl'iaz regnū aiꝰ uſ3
in ſēpitnuz.Ego ero ei ī pr̄ez.⁊ ip̄e erit m̄ ī
filiū ⁊c̄.Nūc aūt mifeſtū ē ꝙ iſta verba nō
poſſūt itll'igi p̄ciſe đ ſalōe.qꝛ ſalōn añq̄ dđ
dormiret cuz pr̄ibꝰ ſuis.iā fuāt ſuſcitatꝰ ad
vitā ⁊ ī regnū.Et eiꝰ regnū nō fuit etnuz.
S3 tp̄rale.⁊ ī breui diuiſuz.⁊ final'r deſtruc/
tum.Et ſalomō l3 fuit filiꝰ dđ.tn̄ n̄ filiꝰ dei
Et iđ iſta ꝓmiſſio regī etni fc̄ta ē ī x̊.q̄ fuit
filiꝰ đi n̄l'.⁊ filiꝰ dđ ꝭ carnē q̄ p ml'tos ānoꝫ
pꝰ mortē dđ de vr̄o v̉gis marie fuit ſuſci/
tatꝰ et ꝯceptꝰ ope ſp̄s ſcī. Quedđē mā ꝓ/
ueiebat ex vr̄o ⁊ gn̄oe dđ n̄l'r ⁊ carnal'r ope
adā ⁊ n̄li gn̄oe.Et ſic ꝭ om̄s ꝓp̄has xp̄s đꝛ
filiꝰ dđ.et regnū eiꝰ etnū.đꝛ regnū dđ.ut
pat3 hyere.xxiij.⁊ xxxiij.⁊ eze.xliiij.⁊c̄.Et
ad iſtuz itll'3 dixit āgelꝰ Marie. ꝙ dn̄s pꝛ
dabit x̊ ſedē dđ pr̄is ſui.i. ſedez regni etni
ip̄i dđ ī x̊ ꝓmiſſaz pſ̊.cxxxi.di.iurauit dn̄ꝰ
dđ ūitatē.et nō fruſtrabꝛ eū.de fructu ven
tris tui ponā ſup ſedē tuaz.S3 qꝛ iſtđ reg3
etnū nō ſolū fuit ꝓmiſſuz ip̄i dđ p xp̄3.ſ3 et
ip̄i iacob gn̄.xxviij.et maxīe xlix̄. cū dixit.
nō auferet̄ ſceptrū de iuda n̄c dux de femo
re eiꝰ.donec veīat q̄ mitēdꝰ ē.et ip̄e erit ex
pectatio gētiū ⁊c̄.❡ ex qꝰ p3 ꝙ regnū x̊ ꝓ
miſſuz ip̄i iacob nō erat p̄ciſe ꝓfilijs ꝭ carnē
ſ3 ꝓfilijs iacob ſeu iſrl' ꝭ ſp̄m ⁊ ꝓmiſſiōz in x̊
regeñandis.cᷓ modi fuūnt nō ſoluz iudei.
S3 et gētiles ad fidē venꝭi.Et iđ ſbdit an/
glꝰ.ꝙ iſte ihs filiꝰ dei ⁊ marie ⁊ dđ.regbit
in etnū ī eccīa q̄ eſt ūa domꝰ iacob ⁊ iſr̄l'.S3
qꝛ iſta eccīa militās ē via ad triūphātē ⁊ et
nificat̄ p illā ⁊ ī illa.Jđo ſbdit.Et regni eiꝰ
non erit finis. ❡ Sed qꝛ virgo maria vo/
uerat virginitatem abſolu te abſq3 aliqua
condictione. et cum tali et ſub tali voto fu
erat coniuncta ꝯiugio ip̄i ioſeph. ut infra
patebit. Jđo dixit ad angl'3.Quom̊ fiet iſt
ud qm̄ virꝫ nō cog̊ſco.n̄c cog̊ſcere itēdo.cū
ſim alligata voto v̉ginitatis ⁊c̄. Qm̄ nō ſu3
iūcta viro ioſeph ad ꝓcreādā ꝓlē.ſ3 ad ſo/
lum mutuū obſequ3 ſp ī tacta ⁊ in violata
v̉ginitate.Et tūc reſpōdēs āglꝰ dixit ei.Sp̄ꝰ
ſcīs ſup veiet ī te.⁊ v̉tꝰ altiſſimi obūbrabit
t̉.Jđoq3 qđ naſcet̄ exte ſcī3.vocabꝛ filiꝰ dei
❡ Ad q̄rꝫ ūborꝫ itll'igētiā ē valde aduētē/
dū.ꝙ q̄tuor ī ꝯpatibilia videbat m̄ ꝭ nāz in
hoc miſſio ex ūbis āgeli. Primū ꝙ poſſet
ꝯcipe n̄ violato voto v̉ginitatis et poſſ3 hr̄e
ꝓle3.Scđ3 ꝙ ſiml' poſſ3 ēe v̉go ⁊ fecūda ⁊
mat̄.ſ.ꝙ fetꝰ poſſ3 ē afferre fecūditatez nō
auferēdo v̉ginitatē ⁊ eꝰ. Terciū ꝙ ip̄a poſſ3
hr̄e ꝓlē nō de ioſeph.abſ3 eiꝰ ī iuria.Quar
tum q̊m̊ illđ g̉mē ꝯceptū ſb tl'i ꝯiugio et n̄
de ioſeph poſſet ēe niſi adultinū. Et p ꝯn̄s
male dc̄tz ī lege.Et iđ dixt q̊m̊ fiet iſtđ ⁊c̄.
Et iđ āgelꝰ remouet hāc dubitatōz declar
ando mođ hꝰ ī effabl'is miſtij ī carnatoīs.
oñdēs ꝙ l3 iſta q̄tuor ſint ī ꝯpoſſibilia et in
ꝯpatibilia ꝭ nāz apđ hoīes.tū iſta p g̉ra3 ſt

2009 Ministerio de Cultura

ꝯpatibilia ⁊ poſſiblia aput dm̄. Nam ſi tl'is
gn̄o fuiſſʒ fc̄ta n̄lī ex ſeīe viri. nō potuiſſet
ſie abſʒ illa q̄dꝛuplici ī iuria. ſ. abſʒ violatōe
voti. ⁊ abſʒ corꝛuptōe v̇gitatis ⁊ abſʒ ī iuri
a ipiꝰ ioſeph ꝯiugis v̇gis. ⁊ abſʒ maledicti
one adulr̄ina ġmis ꝯcepti. Sʒ eo m̊ q̊ fc̄ta
eſt iſta bn̄dicta ī carnaīo. nl'ʒ ſup̄dc̄toꝝ in
ꝯcientiū fuit ſecutū. Et iō ait āglꝰ ſp̄s ſc̄tˢ
ſupueiet ī te ⁊ v̇tꝰ altiſſimi obūbꝛabit tibi.
Vnd̄ nō īſueniēte adulr̄io toll'r ī iuria ipiꝰ
ioſeph ⁊ ſacr̄mēti ꝯiugij ⁊ maledc̄to adulr̄i
na. ſʒ īterueniente ſolo ſp̄u ſc̄to / tolliṫ viola/
tio voti. ⁊ corꝛup̄to v̇gitatis. ⁊ tolliṫ gn̄al'
ſn̄ia ⁊ obligaēo fc̄ta ī adā. Et iō tl'e ġmē fu
it n̄lī liberꝝ et ſc̄tʒ. nō ſolū amaledictōe ad
ulr̄ina. ſʒ ab obligatōe adā n̄lī liberꝝ. Et ra
tiōe opatois ſp̄s ſc̄ti dꝛ n̄lr ſc̄tʒ. oīa ſc̄tificāˢ
Et dꝛ filiꝰ dī. p̊ rōe ſp̄s ſc̄ti formātiˢ q̄ ē v̇tꝰ
pr̄is. Sc̄do rōe vniois pſonal' v̇bi q̄ ē filiꝰ
nālis pr̄is. Dixit ġ̊ āgelꝰ / o / Maria tu du/
bitas de m̊ hꝰ ſacr̄iſſime ꝯceptois. ꝙ neſit
cū in iuria tui voti v̇gitatis et cū ī iuria fi/
dei ꝯiugal'. Et ego dico t̊. ꝙ nl'a ſeq̄ṫ ī iuria
nec ī ꝯcieñˢ. qꝛ iſta ꝯcep̄o nō fiet m̊ hūao
ꝑ dio. n̄c fiet ope adaʒ. ſʒ ope ſp̄s ſc̄ti. Et ſic
nec derogabit voto / n̄c v̇gitati / n̄c fidei ꝯiu
gali. Nam ille ſp̄s q̄ ī tua creatōe ⁊ aiatōe
veit ī te. ⁊ ſc̄ificauit te ꝑ gr̄aʒ ꝓ̉ſuātē te ab
om̄i malo / ⁊ ꝯfirmātē te ī om̄i bono ille idē
ſp̄s ſc̄ts q̄ tūc veit ite ad ſc̄tificādū. nūc ſuꝑ
ueiet ite ad obūbꝛādū. Et ſic tūc ꝑ illā ſc̄ti
ficatōʒ fc̄tā in p̊ iſtāti tue ċatois et aiatois
te ꝓ̉ſuauit ab om̄i c'lpa oꝛigīali et veīali et
actuali. Ita nūc ꝑ iſtā obūbꝛatiōʒ te ꝓ̉ſua/
bit a violatōe voti et a corꝛuptōe v̇gitatis
et ab ī iuria fidi ꝯiugalis. Nā iſte ſp̄s form̄
bit corpꝰ filij tui ī vt̄o tuo ex puris ſangibꝰ
et ſim l'creabiṫ ī eo aīa rōal' oībꝰ ꝑfectoibꝰ
bitualr oꝛnata. Et ſic corpꝰ illd̄ ſiml' tp̄re er
it formatū ⁊ aīatū ⁊ ꝑ v̇bū pſonalr aſſūptū.
Et ideo hoc ġmen ſc̄m qd̄ naſceṫ ex te vo
cabiṫ filiꝰ dei. ¶ Vn̄ ē adūted̄ ꝙ q̄tuoꝛ dic̄
āglꝰ. q̄ ſt valde aīa adūtēda. Nā p̊ dicit. ſpꝰ
ſc̄ts ſupueīt ite. Sc̄do dic̄ v̇tꝰ altiſſimi ob/
umbit t̊. Tercio dic̄. iō qʒ qd̄ naſceṫ ex te ſā
ctuʒ. Quarto ꝙ vocabī filiꝰ dei. Et iō ē vi/
dēdū de vno q̄ʒ. qꝛ altiſſim̄ ī poꝛtāt miſt̄ia.
Vn̄ ꝑ ꝓ̇mū ꝙ dic̄. ſ. ſp̄s ſc̄ts ſupueiet ite. de
notat / ꝙ ſp̄s ſc̄ts iā an̄ veñat ī eā. ſʒ nūc de/
bebat ſupuenire ī eā. nā ſupueire ꝓ̉ſupōit
ante veire. ꝑ qd̄ denotaṫ ꝙ ſp̄s ſc̄ts iaʒ ve/
ñat ī Mariā in p̊ iſtāti ſue creatois ⁊ aiati
onis. qꝛ illa ſc̄tiſſima aīa ſiml' fuit creata et
ſc̄tificata ⁊ corꝑi īfuſa / q̄dꝛʒ ſc̄tificaēo ī gra
cia ꝓ̉ſuauit eā ab om̄i malo ⁊ pc̄to tā oꝛigi
nali ⁊ actuali ⁊ veīali ⁊ ꝯfirmauit ī om̄i bo
no. ſic̄ dc̄tʒ ē ī expōe pſ. xlv. ⁊ clariꝰ deceṫ
infra. Itē ġ̊ dic̄. ꝙ virtꝰ altiſſimi obūbꝛabit
tibi. Vn̄ dic̄ augꝰ. ꝙ virtꝰ altiſſimi nō ſolū
obūbꝛauit ė vētrē. Sʒ ei mētē. ¶ Vn̄ ē ad/
uertend̄. ꝙ ſic̄ illa ſc̄tificaēo fc̄ta ī creatōe.
et aiatōe v̇gis nō ſolū ſc̄ticauit aīaʒ. ſʒ etiā
corpꝰ ⁊ carnē ī ea fomitē penitꝰ extiguēdo
aut ligādo. Et ꝑ ꝯn̄s nl'a fuit vnq̄ lucta.
nec pugna carnis adu'ſꝰ ſp̄ʒ. Et ꝑ ꝯn̄s ſic̄ ꝑ
illam ſc̄tificatōʒ fuit ꝓ̉ſuata ab oꝛigīali cul
pa. Ita etiā ab actuali ⁊ veīali. qꝛ ſic̄ aīa n̄
potuit ī fici acarne ī ſua creatōe et ī fuſiōe
et aiatōe ꝑ culpā oꝛigīaleʒ. Ita pꝰca ī vita
volūtas. nec potuit cōtaminari. n̄c vinci a/
fomite ꝯcupīe carnis. qꝛ iā erat extictꝰ aut
ligatꝰ. Et ſic nl'aʒ potuit faċe pugnā. Ita ġ̊
pariṫ ſic̄ v̇tꝰ ſp̄s ſc̄tificauit corpꝰ ⁊ aīaʒ vir
ginis ſil' ī illa ſc̄tificatōe ꝓ̉ſuādo eā ab om̄i
culpa tā oꝛigīali q̄ actuali ⁊ veīali. Ita ꝑi
ter qn̄ ſp̄s ſc̄ts ſuꝑ venit ⁊ iterꝝ veit ſuꝑ eā
in ſua anūciatōe. obūbꝛauit ė nō ſolū vētrē
ſed ei mētē. Et fecit duos efectꝰ. naʒ obū/
bꝛādo vētrē formauit corpꝰ x̊ ex puris ſan/
guibꝰ eiꝰ ꝓ̉ter oēʒ viri ꝯcurſū aut comercū
et ſic ꝓ̉ſuauit eā auiolatōe voti et acorꝛup
tōe v̇gitatis m̄tis ⁊ corpoꝛis / ⁊ ab om̄i ī iu
ria maritali ⁊ ꝯiugali excuſando ōe adul/
teriū. Sʒ qꝛ nō ſoluʒ v̇tꝰ ſp̄s ſc̄ti obūbꝛauit
vētreʒ. ſʒ ei mētē v̇gis. idō ꝓ̉ter effetū quē
fecit ī vētre v̇gis fecit aliū effectū ī eiꝰ mē
te ⁊ aīa. Naʒ ī tātū illuſtrauit ⁊ eleuauit et
ſblīauit illaʒ aīaʒ. ꝙ reddit ė itll'ʒ purgatū

2009 Ministerio de Cultura

ab om̄i ĩgratia. ut poſſʒ penetrare celeſtia/ ꝛ
in tll'ige õs ſacras ſcipt̃as ad veꝝ ſẽſuʒ euã
ge'licũ. ꝛ ſic dedit ė ſp̄ʒ ꝓphicũ ꝛ euãgl'icũ ꝛ
fc̃ta ẽ ꝓpha ſil' ꝛ euagl'iſta. ut patebit ĩ hoc
cãtico qꝛ ſil' ꝓphtizauit de fut̃o. et euãgl'iza
uit et p̄nti. Et ad hũc itll'ʒ dic̃ damaſenꝰ. ꝙ
ſp̄s ſc̃s ſup veit ĩ Mariã purgãs eã. qḋ n̄
eſt ĩ tll'igẽdũ ab ãquo pc̃o. ſʒ ꝙ reddidit ė
intll'ʒ purgãtũ ad penetrãdũ ea q̃ crãt ſup̈
nãʒ. Et ſic huit itll'ʒ adeptũ ꝛ purgatũ. de q̊
loq̄t̃ ꝯmẽtator. tercio de aĩa. ad ĩtll'gẽdas
ſbas ſepatas ꝛc̃. Sʒ vltra hoc huit ſp̄ʒ ꝓph
ticũ ꝛ euãgl'icũ. quẽ fuit adepta ĩ illa obũ/
bratõe ſp̄s ſc̃i. Et ſic pʒ quom̊ ſp̄s ſc̃s ſup
veit ĩ v̓giẽʒ ꝛ quom̊ ſp̄s ſc̃s obũbrauit ė n̄
ſolũ vẽtrẽ. ſʒ et̃ mẽtẽ. Tercio aũt ẽ adutẽ/
duʒ ꝓpt̃ illud qḋ ait/ ideo qʒ qḋ naſcet̃ ex te
ſc̃m. ꝙ nll'ʒ gmẽ hũanũ p̄ dici n̄lr liberũ a/
pc̃o et ſc̃ʒ ꝛ bn̄dcʒ p̄ter xp̄ʒ. Et rõ ẽ nã õe
gmen hũanũ p̄ter xp̄ʒ deſcẽdit ab adã p li/
bidioſaʒ. gn̄oʒ. ut ꝓbat augꝰ. in ꝗ̊ de bap̊ p
ulo ꝝ. ſʒ libidioſa gn̄o fit ex ĩ ordiato apeti
tu et fomite morbido ĩ flicto ĩ adã ꝓpt̃ pc̃ʒ
et trãſlato ĩ õs poſtos p libidioſaʒ gn̄oʒ. ſʒ ĩ
ordiatio opponit̃ ſc̃itati et iuſticie. qꝛ ſc̃m
ḋr bn̄ ordiatũ ꝛ iuſtũ. et pc̃ʒ ḋr ĩ q̄ntũ deui
at ab ordie. Et iõ nll'ʒ gmẽ hũanũ deſcẽdẽs
ab adã p n̄leʒ ꝛ libidioſaʒ gn̄atõʒ p̄ dici n̄l'i
libeꝝ apc̃o. n̄c p̄ dici n̄lr ſc̃ʒ nec bn̄dcʒ.
qꝛ õs ut ſic deſcẽdũt ex illa ĩ ordiata ꝓpagi
ne pc̃i. ut inq̇ augꝰ. Sed qꝛ xꝰ nõ deſcẽdit
ab adã. eo m̊ p n̄leʒ gn̄oʒ. ſʒ ſolo ope ſp̄s ſã
cti. put dc̃ʒ ẽ. Et iõ ſolũ illḋ gmẽ ẽ n̄lit̃ li/
beꝝ apc̃o et n̄lr ſc̃ʒ et bn̄dcʒ. Et iõ ſolꝰ xꝰ
potuit alios libare et bn̄dic̃e et ſc̃ificare.
Et iõ v̓go m̄ nõ p̄ dici n̄l'i liba nec n̄lr ſc̃a.
eo qꝛ veit ex illa ꝓpagie et gn̄oe pc̃i ipiꝰ a
dam. ut iq̇ augꝰ. ſʒ qꝛ in p̊ iſtãti ſue ċatoĩs
fuit ſc̃ificata p gr̃aʒ x̄. Jdeo pc̃ʒ n̄c et ma/
lediction nõ potuit trãſire anat̃a ĩ pſonã. ut
patebit. ꝛ ſic nõ p̄ dici n̄lr liba ſʒ libata per
gr̃aʒ. ut patebit. Et iõ ip̄a n̄c aliq̇s Allꝰ ſc̃ꝰ
potuit alios libare n̄c ſc̃ificare. ſʒ ſolꝰ xꝰ q̇
eſt int̃ mortuos liber et ſc̃is ſc̃oꝝ. Jdeo di

cit augꝰ. ſup iobeʒ. ꝙ ſolꝰ ille ĩfans ĩnocẽs
eſſe potuit q̇ nõ ex ope adam natꝰ ẽ. ſʒ ope
ſp̄s ſc̃i. Et iõ ſolꝰ ille agnꝰ ĩnocẽs tollit pe
ccata mũdi. Et ſic paʒ q̈lit̃ duplicit̃ xꝰ dicit̃
gmẽ ſc̃ʒ. Prio qꝛ nõ ex ĩ ordiato ope adaʒ
ꝯceptꝰ ẽ. Scḋo. qꝛ ope ſp̄s ſc̃i ꝯceptꝰ ẽ. Et
ad hũc tll'ctʒ dic̃ anglꝰ. Jḋo qʒ qḋ naſcetur
ex te ſc̃ʒ. i. qꝛ gmẽ qd naſcet̃ ex te. nõ erit
ex ope adã. ſʒ ope ſp̄s ſc̃i. Jdeo erit gmen
ſc̃ʒ. Et ſic opꝰ ſp̄ꝰ ſc̃i nõ ſolũ excuſauit illḋ
gmen ab adult̃io. ſʒ et̃ ab ope adã fecit lib
uʒ. Et ſic fuit n̄lr ſc̃ʒ ſum̄o nãʒ ꝓ gn̄oe nõ
ꝓ nã ſpecifica. Et ex hoc ſeq̇tur q̄rtuʒ qḋ cõ
cludit ãglꝰ. ſ. ꝙ illud gmẽ ſc̃ʒ vocabr filꝰ
ḋi. Et h̄c ḋplicit̃. nã p̊ illḋ gmẽ nõ ẽ forma
tum ope adã. ſed ope ſp̄s ſc̃i. q̇ ẽ v̓tꝰ dei. g̊
nõ erit filꝰ n̄l' ipiꝰ adã. ſʒ filꝰ dei n̄l'. Jtẽ il/
lud gmẽ ſil' fuit formatũ ꝛ filio dei pſonalr
vnitũ. g̊ ẽ n̄lis filꝰ dei. Et iõ lʒ iſtḋ gmẽ ſã
ctuʒ ſit filꝰ adã ſ̃ carnẽ tãtũ. tñ nõ ſ̃ nãʒ. qꝛ
nõ n̄lr ex eo ꝯceptꝰ ẽ. n̄c ope adã/ ſʒ ope ſp̄ꝰ
ſc̃i. Et iõ p̈ncipalit̃ ḋr filꝰ dei illud ſc̃ʒ g/
mẽ. qꝛ a filio dei n̄li pſonalr aſſũptũ ẽ. Et ſic
pʒ intll'igẽtia v̓boꝝ ãgli. ſ. q̊m̊ ſp̄s ſc̃i ſc̃ifi
cauit v̓giẽʒ qn̄o p̊ venit ĩ eã ĩ ſua ċatõe/ eã
ab om̄i malo p̄ſ̃uãdo et ĩ om̄i bono ꝯfirmã
do. Scḋo q̊m̊ ſupueit ĩ eã ė ventrẽ ꝛ mẽtẽ
obũbrãdo/ et q̊m̊ p̄ſ̃uauit eã a violatõe vo/
ti et corruptõe v̓gitatiſ. et ab adult̃ino fe/
tu et ab ĩ iuria ꝯiugali. ymo ſ̃uauit ĩ ea vo
tũ. et v̓gitatẽ ꝛ fidẽ ꝯiugalẽ ꝛ ſc̃itatẽ ꝓliꝰ
ſiml' cũ fecũditate. Jtẽ t̃cio pʒ q̊m̊ illud g/
men fuit n̄lr ſc̃ʒ ꝛ libeꝝ et bn̄dctuʒ. Quar
to q̈liter ẽ n̄l' filꝰ dei. lʒ ſ̃ carnẽ ſit filꝰ dḋ ꝛ
adã ꝛc̃. Et ſic et̃ pʒ q̈lr ãgelꝰ abſoluit dubi/
tatõʒ et q̄ſtiõʒ v̓gĩs Marie. ſ. quom̊ poſſũt
ſe ꝯpati iſta t̃a ĩ ꝯpoſſibilia apḋ nãʒ. ſ. ꝙ ip
ſa poſſet ꝯcipe et pere abſqʒ violatõe voti
et corruptõe v̓gitatis. et abſqʒ adult̃ino fe
tu/ et ĩ iuria fidei cõiugalis. Nã oñdit ãglꝰ
ꝙ lʒ iſta ſit ĩ cõpatibilia ꝛ ĩ ꝯpoſſibilia apḋ
nãʒ. tñ ſũt poſſibilia apḋ dm̄. Et iõ dat ſibi
exẽplũ de elyſabet n̄lr ſterili et ſene. q̇ ꝯcep
at iobeʒ ĩ ſenectute ſua ſexto mẽſe an̄. p h̄c

oñdēs ñ ēe ĩ poſſibl'e apd dñ õe ūbũ ⁊ fcīz
qd ē ĩ poſſibl'e apd nāz. Qd audiēs m̄ dixt
ecce ācilla dñi fiat m̄ ƒ ūbũ tuũ. Et tũc ſb tl'i
aſſenſu fidei ſup̄ veīt ſp̄ ſcī ĩ eā ⁊ obũbra/
uit ĩ vētrē. eo m̄ q̄ dictũ ē ⁊ ꝯcep̄ filiũ dĩ ſic
dixerat ĩ āgl'. Et obũbrauit et illuſtrauit ĩ
